UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs In Primam Infortiati Partem

Bartolus

Lvgdvni, 1567

Optione legata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96147

Visual Library

ſona approbata eſt. Ad idem. iudex† cōmittit alicui vt vadat, ēſuret illum agrum, ⁊ referat, debet ne eſſe pars preſens? Re- ideo, [l]in commiſſione debet eſſe preſens, quia poſſet opponere tra perſonam, quia eſſet ſuſpecta: ⁊ debet dari terminus, vt va- tali die, ⁊ tali hora ad agrum. l. iij. C. finium regundorū. ⁊ l. ge- liter. §. pen. C. de rebus credi. ſed relationi non debet eſſe pre- . Facit ꝙ dicitur,* quod depoſitioni pars non debet eſſe pre ,ſed iuramento ſic, vt C. de teſti. l. ſi quando. ¶ Quero, an† te poſſit deponere[m] dictum ſuum in ſcriptis? Puto quod ſic:[n] ſi en iudex vellet eum videre, ⁊ audire loqui bene poſſet hoc fa- , quia videbit qua trepidatione dicat[o], l. de minore §. tormenta. queſtio. ſed ſi dictum ſuum vellet redigere in ſcriptis, poſſet, ic facit l. diſcretis. C. qui teſt. fac. poſ. ¶ † Ultimo iſta lex facit ueſtio. de eo quod quotidie fit, vt promitto Titio reſtituere ina, ⁊ expenſas, que fient in tali lite, de quibus, ſtetur eius ſim dicto: nunquid valet? Pet. ꝙ non, vt refert Cy. C. de pac. l. ſi in conſcribendo. Dy. ꝙ ſic, l. fi. j. de preto. ſtip. dic vt ibidem.

ADDITIONES.

EX. ¶ Theopompus. Facit iſta lex quid ſi vnus teſtis eſt probatus, ⁊ datus pro confidato ab vtraque parte, an probet ne? Bal. in l. in bone fidei. verſi. ſed dubitabatur de Titio. C. de re. dicit aut partes conſentiunt in perſona, ⁊ in dicto, aut in ona tantum. ⁊ adde ꝙ vbi perſona eſt approbata ab vtraque te non requiritur iuramentum, ſecundum Bart. in l. Lucius. j. de fideiuſ. quando autem dicunt partes, ⁊ conueniunt de do dicto vnius an faciant plenam fidem, vide gl. ⁊ quod ibi l. in l. j. C. de ſen. que pro eo quod intereſt, ⁊ vide quod tenet gl. veniens. ⁊ in c. licet de teſti.

EX. ¶ Unius teſtis. No. ꝙ dicto vnius teſtis ſtatur in caſu ⁊ idē tenet gl. in c. veniens. ⁊ in c. licet. ⁊ in c. cum a nobis. de te lo. Tho. Adde an ⁊ quando partes poſſint facere ꝙ ſtetur di vnius. ⁊ vide Are. in c. propoſuiſti. de proba. ⁊ in c. quoniā cō- falſam eo. tit. Lanfran. de Brixia. in repe. eiuſdē in ver. teſtes, eor. Natan. in cle. ſepe. in prin. de verbo. ſigni. addentes intra. e. in ver. cicatrix. ⁊ ad materiā huius legis vide late. Alexā. in l. iiij. ⁊ per totum. ⁊ in conſil. cū. verſic. ſed premiſſis. in ij. volu.

EX. ¶ Iuriſiurandi. Limita vt per Bal. in l. iuriſiurandi. C. eſt. ſcilicet ſi id quod in ſcriptis deponit, legat, aliter non valet s depoſitio.

EX. ¶ Ad queſtionem. Adde tamen quod bal. in proe. ffo- n in prin. in ver. item not. h. d. ꝙ ſufficit ſi reperiatur in actis ta iuratus, ⁊c. quia tunc preſumitur iuramentum interceſſiſſe in ſo- ni forma, qua debebat ille iurare. Alleg. no. hic quod bene not. icit quod no. Inno. in c. innotuit. de eo qui furti ord. ſuſcep. ⁊ od dicit bal. in l. iij. in princip. ſupra, de iureiur. ꝙ ſufficit ſi ap- reat de delatione per iſtum tex. Sed Ant. in c. fraternitatis. de t. ⁊ ad fin. videtur no. tenere contra Bar. ⁊ Rom. in l. ſciendum. verb. ob. ⁊ Abb. in c. tuis. de teſti. ⁊ vide Bart. in l. per hanc. C. erog. mil. anno. lib. xij. ⁊ Bal. in l. ſi quis in aliquo. C. de eden. Se ndo idem tenet Bald. in c. j. §. quid ſit inueſti. ⁊ Bald. in l. geſta. de re iudi. ⁊ Bal. in l. iuriſiurandi. C. de teſtibus. ⁊ Bart. in l. ad- onendi. de iureiurando. ⁊ vide Anto. ⁊ Imo. in cap. fraternita- . de teſt. ¶ Adde an ſi reperiatur in ſcriptis teſtes intereſſe ſe- ndum morem, an preſumatur preſentia iudicis. Ol. cōſ. cccxxiij.

L EX. ¶ Eſt captatoria. Ad hoc facit quod no. Bar. in l. ſi ita ipſero. de conditio. ⁊ demonſtra. ⁊ hoc ſequitur Imo. in l. capta ias. ſ. de here. inſtitu. ⁊ in c. cum tibi. de teſt.

NDR. BAR. ¶ Fallunt. Et vide moder. in l. captatorie. de t. mil. ⁊ vide in l. ſi vacantia. C. de bo. vacan. lib. x.

OMA. ¶ Quero, cum teſtator dixit. Adde Iaſ. in l. admonen- . in lec. in ver. pondera etiam. ff. de iureiur. ⁊ quod debent iurare, cit tex. in c. paſtoralis. de excep. tex. in c. cōtinebatur. in verbo, fir auerit iuramento de deſpon. impu. ⁊ vide de hoc Bal. in l. eius. teſt. Alex. conſi. ccccxxvj. inci. clariſſime domine vicarie. facit am, quia licet aliquid relinquatur conſcientie alicuius, intelligi dummodo iuret. Ita Ange. Pau. de Caſt. ⁊ Mod. in l. de pu- lo. §. qui opus. de quibus ibi per Alex. ff. de no. oper. nunc. vide am aliquid per Alex. conſ. inci. viſo themate. ⁊ in conſi. inci. vi- verbis. Ang. in l. apertiſſimi. C. de iudi. per Panor. conſi. lj. ⁊ in j. volu. Ro. conſi. xx. Fel. in c. propoſuiſti. de proba.

AV. DE SEISS. ¶ Quero, cū teſtator. Quid autem ſi ſta- um, dicat ꝙ ſtetur verbo ſimplici alicuius, vide Alex. cōſ. lxix. . iij. ⁊ quā debet ſtari iuramento alicuius de damno ei illato, non icit ꝙ iuret in principio accuſationis, ſed poſtea in meritis. ita al. notab. in addi. ad Spec. in ti. de primo ⁊ ſecundo decret. ver. leo ſtatutū. de quo etiam vide Alex. conſi. iij. vol. ij. ⁊ quod ipſe po in l. ſepe. j. de re iudic. ⁊ vide multa in materia per Ang. in trac. leſic. in verb. nec non ad denuntiationem. vide etiam aliquid r Alex. in l. de pupillo. §. qui opus. j. de no. oper. nuntia.

h ALEX. ¶ Stetur dicto alicuius. Quid importent iſta verba ſtetur dicto ſuo, vide Bald. in l. j. C. de his que pen. no. ⁊ inci. cōſ. Bart. quidam habens bona communia. vbi vide, ⁊ Bald. in l. ca- ptatorias. ſ. de heredi. inſtitu.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Hoc eſt verū. Uide Ro. conſil. xx. circa medium. vbi ampliat. vide etiam ad hoc. ⁊ alia que hic ponuntur Fely. in c. quia iudicante. col. j. de preſcript.

i ALEX. ¶ Tibi videtur. Adde quod not. Bart. in proe. ff. orum in fin. princ.

k ALEX. ¶ Debeat iurare. Quod videtur tenere bal. in l. iuſiu- randum quod ex conuentione de iureiu. ⁊ Ant. in c. finem litibus. de do. ⁊ contu.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Nec contra iuramentum. Iſtud decla ra ⁊ intellige vt per Fely. in c. cauſamque. de re iudic.

l ALEX. ¶ Reſpondeo. Adde bal. in l. minori. C. in quibus cau. ⁊ in l. conſentaneum. vlti. col. C. quomodo ⁊ quando iu. ⁊ vide bal. in l. hac. edictali. §. his illud. C. de ſecun. nu. ⁊ bar. in l. qui bona. §. fi. j. de dam. infe. ⁊ bal. in l. iuriſiurandi. C. de teſtibus. ⁊ Ange. in l. j.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Facit quod dicitur. Sequitur Flor. in l. ſi irruptione. §. fi. col. j. ſ. finium regundor.

m POMA. ¶ Quero an teſtis poſſit deponere. Contrarium te- nuit Bal. in c. j. de teſti. ⁊ de hoc vide bart. in rub. de fi. inſt. in j. col. in fin. Alexan. in l. legata inutiliter. vlti col. ver. item inducitur iſte tex. ff. de leg. j. Rom. conſ. xxiiij. incip. pro defenſione. in j. colum. Fe ly. in c. j. de teſti.

n ALEX. ¶ Puto ꝙ ſic. Sed an poſſit per procuratorem, vel nūcium deponere, vide bar. in l. qui bona. §. ſi alieno. de dā. infec. vbi videtur tenere ꝙ non, ⁊ ibidem tenuit bal. in rub. ſ. de iureiu. ⁊ Ant. per illum tex. in c. licet de teſ. ſed Ioan. an. in c. vt circa. de e- lec. in vj. in nouella. tenet contrarium, ⁊ ita etiam fuit deciſum per d. de Ro. ⁊ alias vidi conſilium Lud. pro iſta parte, ⁊ cum Bart. hic, concordat bal. in l. iuriſiurandi. C. de teſti. ⁊ bal. in l. in bonefi- dei. C. de rebus cre. in verſi. ſequitur videre. ⁊ Imo. no. in c. de te- ſtibus. extra de teſtibus.

o ALEX. ¶ Diceret. Sed an procurator ſpecialis poſſit ferre te- ſtimonium veritatis pro domino, dic ꝙ non, vt voluit Anto. in c. licet ex quadam. de teſt. hoc fuit dictum domini bar. in l. qui bona. §. ſi alieno. de dam. infect.

LEX XVI.

Licet placeat.) Si res obligata in dotē de tur, ⁊ dos legetur, nō debet ab herede lui. h. d.) Dic vt in l. ſi res. ſ. de leg. j.

LEX XVII.

Ui dotem a matre. Nō eſt veriſimi le teſtatorē vel- le grauare heredem duplici preſtatione. h. d.

LEX XVIII.

Uxori. (Si teſtator legat vxori que ſibi dedit, videt dotem legare. h. d.) No. ex prin. ꝙ ſi promitto tibi reddere quicquid mihi dediſti, ꝙ venit id quod de- diſti ob cauſam, ſi tamen ſum obligatus ad reddendum: ſed ſecus ſi non ſum obligatus ad reddendū, vt ſi mihi dediſti, ex cauſa em- ptionis, vel alia.

TITVLVS. V.

De optione legata.

LEX I.

1 ☞ Eligere habens pauperes, ⁊ inter eos bona teſtatoris diſtri buere, non poteſt vnum eligere.

a **Diuus.** [a](Optionis legatum pluraliter cō ceptū, refertur ad tria. hoc dicit.) Hec lex legitur in glo. duobus modis, ⁊ quelibet lectura eſt no. quod dic vt in gl. ¶ Opp. ꝙ vnus tātum poſſit eligi, vt omnibus legibus huius ti- tuli. Reſpond. ibi loquitur, quā relinquitur optio ſerui in ſingulari: hic vero loquitur quando legatur optio in plu-
b rali. Et ſic no. [b]quod ſi teſtator iubet† ſua bona diſtribui inter pau
1 peres eligendos per talem, quod ille non poteſt vnum eligere, [c]⁊
c dare ei omnia, arg. ſ. de annuo leg. l. iij. argu. huius l.* Secūdo mo
* do legitur vt in gloſſ.

ADDITIONES.

a ALEX ¶ Diuus. Sed an legatum optionis dicatur genus, vel ſpecies, vide Bald. in l. fin. §. fin. C. communia de lega. ⁊ ibi etiam dicit quid ſi in electione fuit error, an poſſit tacito conſenſu con- firmari?

b POMA. ¶ Et ſic no. Refert, ⁊ ſequitur Bal. in l. j. C. de ſac. ſanc.

eccle,tamen concoꝛdat.Bart,cum Paul.de Caſtr.conſ.ccxlvj.de
cuius veritate vide ibi Mod.in l.vnum ex familia.§.ſed ꝛ ſi fun-
dum.ff.de leg.ij.ꝛ Alexand.ꝛ Doc.in l.quidam.§.pe.ff.de leg.j.
x ALEX. ¶ Unum eligere. Si aliquis eſt grauatus diſtribuere
inter pauperes, non poteſt vnum eligere, ꝛ omnia ei dare. adde
Bar.in rep.l.j.de ſacro ſan.eccle.adde Paul.de Caſtr.conſi.cxlvj.
* CLAV.DE SEISS. ¶ Argu.huius legis.Uide late Alex.in
l.qui quartam.§.fi.ſ.de lega.j.

LEX II.

1 ☞Electio eſt legatarij in legato generis, quando teſtatoꝛ de
certo non ſenſit.
2 Legatarius non poteſt optimum eligere.

Coties. In hac l. ponitur qualiter relinquitur
optio,vel electio.Itē quis eligit (quid
a eligitur)quid ſi electio non valeat[a] ꝛ qualiter debeat ele-
ctio fieri,ꝛ hoc vſque ad l. mancipioꝛum ꝛ hoc ſit pꝛo ſummario.
1 ¶ † Ad pꝛima duo dicta quero,vtruʒ hodie in genere legato,ſit
legatarij electio?In hoc fuerunt opin.inter glo.que recitātur hic,
ꝛ in l.heredes.§.ſi incerto.ſ.famil. erciſ.ꝛ ſ.de legat.j.l. legato ge-
neraliter:dic vt ibi,quia veritas,eſt ꝙ electio eſt legatarij,ſi teſta-
2 toꝛ de certo non ſenſit. ¶ † Secundo quero, vtrū legatarius poſ
ſit eligere optimum?Reſpondet Roge.ꝙ ſic,quando expꝛeſſe eſt
relicta optio:ſecus ſi ſeruus eſt relictus generaliter,ꝛ ſic optio eſt
relicta tacite,l.legato generaliter.ſ.de leg.j.ꝛ hoc tenet gl.ĩ.qui ꝛ
b a quibus l.iij. Contrarium tenet gl.[b] hic, ꝛ bene per hanc legem,
que equiparat iſta legata,ſcilicet legatum optionis,ꝛ legatum ſer
ui generaliter,ꝛ alleg.l.ſi.in §.j.C.communia.de lega.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Non valeat.Electio nulla,ius electionis non tollit, ꝛ
facit ad id quod no.Inn.in c.in literis de offi.deleg. vt refert bal.
in l.ſi vt pꝛoponis.C.quomodo ꝛ quādo iu.qui vult.ꝙ ſi data eſt
poteſtas vni eligendi officialem,ꝙ ſi elegit aliquem qui non pote
rat eligi,ꝙ poteſt iterum eligere, ꝛ ponunt Can.in c.ſi ſuper gra-
tia.de reſcri,ꝛ in c.ſi compꝛomiſſarius,de elec.in vj,ꝛ vide Bal.in
l.poſt aditam.C.de imp. ¶ Adde an cum pꝛima electio eſt nulla,
iterum poſſit fieri alia.Ro.conſ.ccccxiij. Et an cum electio in par
te fuit nulla in totum vitietur,vide eundem con.lxvj.
b ALEX. ¶ Contrarium tenet gl.Et adde quod contra Bar.etiā
tenet gl.in d.l.fi.§.j.C.de leg.ꝛ ibi ſequitur eam Cy.ꝛ habetur per
Imo.in l.legato.ſ.de lega.j.ꝛ Bal.etiam in d.l.fi.§.j.

1 ☞Electio debet fieri de rebus, que in hereditate reperiuntur.
2 Electio ſi non valuit,quia non congrue facta,poteſt iterum eligi.
3 Pauperes ſi eligi debent,ꝛ eligantur incapaces,an iterum elige-
re debens,poſſit eligere.
4 Peccatum ſi eſt in foꝛma electionis,etiam ſcienter,perinde eſt ac
ſi electio non eſſet facta.
5 Eligendi poteſtas ſi eſt data aliquibus, ꝛ electio non valuit, an ꝛ
quando poterunt iterum eligere.
6 Electionē habere iure ſuo,vel iure alieno quomodo intelligatur.
7 Eligendi ius quis habeat iure ſuo,vel vt miniſter alterius, quali
ter cognoſcatur.
8 Statutum conditum a pꝛioꝛibus habentibus arbitrium, quan-
do poſſit per ſucceſſoꝛes reuocari.

§.Data igitur. No.ꝙ debet eligi de rebus heredi
tarijs.Item opoꝛtet,ꝙ ſit de eo ge
nere,de quo data eſt electio:ꝛ ſi electio non valet, poteſt iterū eli-
gere,ꝛ hoc ſi fecit ignoꝛanter,ſecus ſi ſciēter. ¶ Opp.de l.Titia.
§.j.ĩ.de auro ꝛ argento leg.vbi etiam res hereditarie non poſſunt
1 eligi.Solu.illud † verum,quando in hereditate de illo genere non
reperitur:hic vero loquitur, quando ſub illo genere in hereditate
reperitur:ꝛ ſufficeret reperire vnū, vel duo de illo genere, vt ĩ.eo.
l.ſi tibi.§.j.ꝛ l.ſi optio. ¶ Secundo pꝛo declaratione legis dicitur
hic,ſi nō valuit electio poteſt iterum eligere, ſi ignoꝛanter elegit:
ſecus ſi ſciēter:ꝛ ſic loquitur,quando electio nō valuit ratione rei
2 electe. ¶ † Quero,quid ſi electio nō valuit ratione electionis nō
congrue facte?Reſpon.idē,ꝙ electio non conſumitur, vt ĩ.eod.d.
3 l.ſi tibi.§.vnius.ſecundum lectu.gl. ¶ † Quero, quid in electione
perſonarum:vt,iuſſit teſtatoꝛ bona diſtribui inter pauperes eligē
a dos per ſuos fideicōmiſſarios,ꝛ fideicommiſſarij[a] eligant paupe-
b res incapaces,an eſt cōſumpta[b] electio?Reſp.aut elegerunt ſciē-
ter,aut ignoꝛāter,vt hic dicitur.pꝛo hoc extra de electione,c.cum
in cunctis,ꝛ in auth.de ſanctiſ.epiſco.§.ſi quis autem citra memo
4 rataʒ. ¶ Poſſet † queri,quādo eſt peccatum in electionis foꝛma,
vt dixi,ſ.pꝛoxi.in pꝛincip.l.vtrū debeat diſtingui ſciēter,vel igno-
rāter male elegerit?Uidetur quod ſic,vt in c.qꝛ pꝛopter. extra de
electio. Sed contrarium crederem, qꝛ quando eſt peccatū in foꝛ
ma electionis,perinde eſt ac ſi electio nō eſſet facta,l.quid tamen.
ſupꝛa de arbitr. Non obſtat.d.c.qꝛ pꝛopter.quia habet locum in
5 ſua materia, non in iſta. ¶ † Ultimo doctoꝛes inducunt ad que-
ſtionem cōceſſa eſt quibuſdā poteſtas eligendi:modo illi eleg[...]
c ꝛ non valuit electio,an poterunt iterum eligere?[c] Dyn.ꝛ Iac[...]
d Are.ponūt iſtam queſtio.in l.ſerui.electione.[d] ſ.de leg.j.ꝛ Cy.[...]
contrahē.empt.l.fi.in vij.queſt.Bul.ponit in l.qui per ſalute[...]
e de iureiur.Et in hac queſtio.placet opi.Petri.qui[e] concoꝛdat[...]
Ia.de Are.in dicta l.ſerui electione,vt diſtinguamus:aut ele[...]
tenet,ꝛ tunc ſunt functi officio ſuo,ꝛ iterum non poterunt elig[...]
l.iudex.de re iud.Aut electio non tenet:ꝛ tūc,aut habent ele[...]
nē iure ſuo,ꝛ iterum poterunt eligere, vt hic,aut habent ele[...]
nem iure alieno:ꝛ tunc,aut fuit peccatū in foꝛma electionis,[...]
f rum poterūt eligere, perinde ac ſi non[f] elegiſſent,l.qui tñ.[...]
bi,aut fuit peccatū aliter,ꝛ tūc licet electio nō valeat,iterum[...]
re nō poſſunt,l.ſi pꝛeſes.ꝛ l.ſi vt pꝛoponis.C.quomodo ꝛ q[...]
iudex delegatus, ſi fert ſententiā nullā,non poterit iterum[...]
g re.[g] Pꝛedicta vera debent intelligi in eo qui habuit electio[...]
re ſuo,ꝛ electio nō valuit ſine ſui culpa, qui ignoꝛanter ele[...]
capacem,vt dixi.Itē pꝛedicta vera ſunt,ſi eſt data poteſta[...]
di poteſtatem:ſecus ſi dixit,pꝛouidendi,qꝛ tunc videtur no[...]
uiſum,donec poteſtatem habeamus,ꝛ ita dixit Inn.extra[...]
6 deleg. c.in literis. ¶ Sed iuxta pꝛedicta quero,† dixi,au[...]
bat electionē iure ſuo,aut alieno:quero,quid eſt hoc dictu[...]
iſta verba debēt intelligi ſic,ſuo iure,qñ ius eligendi in co[...]
na reſideat:iure alieno,quādo faciunt ex vigoꝛe iuriſdic[...]
terius:tanquā miniſtri:vel alterius,tanquam delegati.[...]
rius loquar,alij eligūt per eos l.j.§.qui mandatā.ſ.de off[...]
7 cui mādata eſt iuriſd. ¶ † Quero,qualiter cognoſcetur,a[...]
habuit ius eligēdi iure ſuo:an ſit miniſter alterius?Reſpo[...]
tenda ſunt verba ſtatuti,vel refoꝛmationis dātis poteſta[...]
doque ſunt verba expꝛeſſa, que dicunt, Concedimus talibus[...]
eligendi,nec vlterius limitant:ꝛ tūc transfertur in eum ius e[...]
di,ꝛ habet iure pꝛopꝛio.Sed ſi dicunt eligimus illum,quem[...]
nauerit talis:tunc illi ſunt nudi miniſtri l.vtrum.§.j.de reb.[...]
ponit Inn.extra de elect.c.ne pꝛo defectu.in ij.gl.item debetis[...]
uertere verba,ſi quidē refoꝛmatio diceret ꝛ illud quod fecerit,[...]
leat,ꝛ teneat,authoꝛitate pꝛeſentis concilij:ꝛ tunc apparet,ꝙ[...]
non habēt authoꝛitatem a ſe:ſed conciliū facit per eos,vt in pꝛo[...]
mio Iuſt.circa mediū,ibi authoꝛitate noſtra leges componerent[...]
pꝛo hoc magis expꝛeſſum,extra de cle.egrotan.c.j.lib.vj.ꝛ de ſup[...]
neg.pꝛela.c.j.in cle.Si vero eſſent verba dubia,ꝛ ambigua:vt p[...]
h ta,dicit ꝙ tales eligāt Poteſtatē:hic eſt aduertendū,ſi quidē[...]
cōmittitur ipſis perſonis vnus actus tantū:vt puta,electio p[...]
ſentis Poteſtatis,in dubio debet intelligi ꝙ faciant authoꝛ[...]
communis,ꝛ ipſi ſunt tanquam miniſtri:ſed ſi committeretur[...]
uerſaliter:vt puta,ꝙ pꝛioꝛes ſemper poſſint eligere Poteſta[...]
tunc in dubio videtur eis cōcedi ius eligēdi iure pꝛopꝛio[...]
qꝛ iuriſdictio pꝛopꝛia,ꝛ oꝛdinaria,non conſueuit cōcedi[...]
particulari,ſed in quadam vniuerſali adminiſtra[...]
in fi.l.C.vbi ꝛ apud quē.ꝛ de offi.pꝛefecti vrb.l.j.[...]
ſi.pꝛo patre.ꝛ in pꝛima cōſtitutione Digeſtoꝝ.[...]
i ctoꝛes iudices in ſcholaribus:ꝛ intelliguntur iudices[...]
qꝛ vniuerſaliter eis cōcedit:ſecus ſi particulariter,vt[...]
hoc videt casus in c.cū aliquibus de reſcrip.in vj.Pꝛedicta[...]
multū no.non ſolū ad ea q̄ dicta ſunt,ſed etiā ad alia.Pon[...]
8 res † habētes arbitriū,fecerunt vnū ſtatutum,an ſequentes[...]
k ſint illud reuocare?Reſpon.[k] ſiquideʒ pꝛioꝛes fecerunt ex[...]
officio tanquam pꝛioꝛes,qꝛ erat eis cōceſſum,tunc ſequēte[...]
res,poſſunt,reuocare:ſi vero fecerunt ex authoꝛitate a[...]
ſic nō fecerūt pꝛioꝛes:imo adunātia dicitur feciſſe magis[...]
res:ꝛ tunc ſequētes nō poſſunt reuocare ſine authoꝛitate[...]
l tie.Ultimo vide gl.[l] que incipit.qꝛ non tenuit ipſo iure.ab[...]
tra.ĩ.de re iu.Reſpon.ibi tenuit ſententia ipſo iure:alias e[...]
qꝺ hic.l.pꝛeſes.ꝛ l.ſi vt pꝛoponis.C.quomodo ꝛ quando[...]

ADDITIONES.

a AND.BAR. ¶ Et fideicommiſſarij.Et vide doct.in c.[...]
c.cum in cunctis.de elec.ꝛ ſic ſi iudex tulit ſententiam,an po[...]
terim iudicare?vide Bal.in tit.de ſen.in addi.Spec.
b ALEX. ¶ An eſt conſumpta.Uide Imo.in l.ſerui elect[...]
j.in pꝛin.de leg.j.ad fin.
c ALEX. ¶ Iterum eligere.An electio ſemel facta ſi no[...]
iterum fieri poſſit,habetur per Bald.in l.qui per ſalutem[...]
de iureiuran.
d ALEX. ¶ In l.ſerui electione.Et iſtam queſtio.vide ibi[...]
Bal.ꝛ Imo.ꝛ ibi etiam habetur per eos,quid ſi electus n[...]
uit electioni an iterum poſſit eligi?ꝛ videtur idem dicere[...]
citur,ꝛ vide Jo.an.in c.ſi cōpꝛomiſſarius de ele.in nouell[...]
de queſt.Bar.hic habetur per Jo.an.in c.grandi.de elec[...]
pone ꝙ vltra electionem requirebatur confirmatio,ꝛ in c[...]
nihil fuit oppoſitum,an in confirmatione poterit oppo[...]
cundum Imo.quod non,in c.cum dilectus.de elec.ꝛ in c[...]
ſa poſſeſ.ꝛ pꝛopꝛie.

D.BAR.¶ Pe.qui.Et no. pro dicto Saly. in d.l.ſi vt pro‑
s,⁊ Ant.in d.l.iudex.contra tenet Joan.Cald.in c.qualiter
e accu.⁊ vide Joan.de Jmo.in d.c.in literis.⁊ in cõtrarium
ſus in c.quia propter.de election.coniuncto.c.ſi compromiſ
s.eod.ti.lib.vj.vbi verbum eligendi, videtur intelligendum
ndum tex.d.c.quia propter vel ſaltem illa iura probant ꝙ
ſt bona iſta differentia,⁊ vide Jnn.in c.in literis.de offic.de‑
in c.j.de re iudi.⁊ Joan.de Jmo.in d.c.in literis.
X.¶ Perinde ac ſi non. Et ad hoc vide que not. Bar.in l.
iti.de do.Ca.in c.accedens.de preben.
X.¶ Jterum iudicare. Per Bald. in l.ſi vt proponis la.j.
omodo ⁊ quando iudex.
i quidem.Et vide Bald.in l.abſenti.de dona.
X.¶ Judices ordi.Doctor eſt iudex ordinarius in ſchola‑
⁊ adde Bald.in auth. habita.in vlt.col.C.ne fil.pro patre. ⁊
to.in l.fi.ad fi.C.vbi ⁊ apud quem.latius per eum in l.ambi
in vl.col.j.de decre.ab ord.facien.⁊ Bal. in l.imperium.in j.
de iuriſ.om.iud.
EX.¶ Reſpondeo. Pro prioribus terrarũ,vel ciuitatum.
quod no.Bartol.in l.ſi hominem,ſ. man.an autem priores
nt facere contra ſtatuta per adunantiam,vide no. Bar.in l.
.de naui.li.xj.⁊ ad Bar.adde id quod habetur per Hu.de
de Juſtini.C.confir.ſuper ver.ratas,⁊ in ver.priuilegium.
bar.in q.inci.adunantia generalis.
X.¶ Ultimo.Uide gl.⁊ adde que not.Bal. in l.digna vox.
egi.vbi ponit an ſucceſſor poſſit infringere facta predeceſſo
etiam eſt videndum quod no.Bart.in l.omnes populi.in v.
n.in ver.quero vſq; ad quod tempus.ſ. de iuſti.⁊ iur. ⁊ in l.
lationum,alie in fi.prin.de ver.ob. ⁊ hic adde no. per Jmol.
Bal.⁊ Ang.in l.ex facto.de vul.⁊ pupil. ¶ Et adde an ſuc‑
debeat ſeruare facta predeceſſoris,Bal.conſ.ccxli.lib.iij.

LEX III.

Cilicet. Tene bene menti iſtum caſum;quia nota bilis eſt,ibi,ſi ante.

LEX IIII.

Electio vt teneat,omnes debent exhiberi.
s vt exhibeat res,ex quibus electio fieri debet, poteſt con‑
i actione ad exhibendum,vel actione ex teſtamento.
ba teſtamenti qualiter quis dicatur ſcire,vt ſuper ipſo teſta
to poſſit tranſigi.

Cyphi. Ante exhibitionem rerum,electio nõ te‑net,niſi legatarius fuerit ſciẽs. hoc dicit. No.ꝙ omnes debent†exhiberi, alias eligenti non preiu‑
tur. ¶ Querit gloſ.†qua actione poteſt conueniri heres,vt
beat? dicit gl.actione ad exhibendum,vel actione ex teſtamẽ
t j.eod.l.ſi tibi.§.fin. ¶ Quero,quot requiruntur vt electio
at? dic vt no.in l.ſerui electione.ſ.de lega.j. ¶ Quero,vtrum
s debeat eſſe preſens,vel ſaltẽ monitus? Cogitabitis. ¶ †Al
diſta lex facit in arg.ad queſtionem , dicitur in l.de his, ſ.de
nſac.⁊ l.j.ſ.quemad.teſta.aper.ꝙ de his controuerſijs que ex
amento dependent,non poteſt tranſigi,niſi inſpectis,⁊ cogni
verbis teſtamenti:quero , quid ſi non inſpexit adhuc tamen
e ſciebat quid in teſtamento continebatur? Hic videtur text.
fficiat,vt hic in fin.ibi,cum ſciret.Ad hoc facit l.ſcire.de legi.
ſcire,eſt vim ⁊ mentem,non verba tenere.dixi in l.qui Rome.
o fratres.j.de verb.ob.tene menti.

LEX VI.

Legatario optionis,ſtatuitur terminus ad eligendum;quo
ſo,re non exiſtente integra,eligere non poteſt.
tio non eſt conſumpta , ſi poſt terminum aſſignatum eligere
ent,heres non vendidit,ſed pignorauit.
tes non poſſunt produci poſt terminum datum ad producen
.niſi pars iuret ad ſe de nouo perueniſſe.
rminus aſſignatus a iudice,in dubio intelligitur perẽptori⁹,
axime qñ apponit̃ cõminatio,qđ poſt terminũ non audietur.

Ancipiorum. †Legatario optionis terminus ad eligendum ſtatuitur,quo elapſo, eligere non poteſt, ſi res non eſt ĩtegra.h.d.⁊ eſt bona lex, ⁊ menti tenẽda. Aduerten‑
eſt ad hanc legem , ⁊ circa eam primo opp. C. vt nemo inui.
j.Sol.illud quod ibi dicitur, fallit ex cauſa que ponitur hic
xt.¶ †Quero quo iure petatur a pretore,vt iſtud decernat?
on.iudicis offi.imploratur, q̃ verba dirigũtur ad iudicem.
d ſi minor.§.fi.ſ.de mi.dicam in l.iij.j.de ali.leg.¶ †Quero,
iſtud officiũ imploretur,dato illo libello ordinario? Puto ꝙ
mo fit ſummarie,⁊ de plano:q̃ cũ ſtatuitur terminus actori
gendũ,tenet Dy. ꝙ fiet ſine cauſe cognitione.ita tenet in l.
j.de acc.⁊ in c.indultum.extra de reg.iu.li.vj.licet quidã mo‑
aliter dicãt,vt refert Cy.in l.ſi ea.C.qui acc.nõ poſ. Sȝ opi.
plus placet. Primo,q̃ text.ſimpliciter loquitur,nec dicit de
cauſe cognitione.Secundo q̃ eſt cauſa manifeſta,q̃ heres durã
te electione,nõ poterit de familia diſponere:ideo non indiget pro‑
4 batione.l.j.in prin.cũ ſi.de exerci. Quero†pone ꝙ in decreto fuit
appoſita cauſa, ne venditio impediatur poſt tẽpus, modo heres
non vẽdidit poſt tempus,ſed pignorauit, an propter hoc electio
ſit cõſumpta? Hic videtur text.ꝙ ſic.Contrariũ videtur dicẽdũ,
vt ſ.de reb.eorum.l.ſi pupillorũ.§.ſi pretor. Reſpon.ad hũc tex.
q̃ hic in decreto nõ fuit cauſa limitata,vt hoc fieret propter ven
ditionem tantum,ſed ſimpliciter fuit dictũ:⁊ illa verba in princi‑
pio,non ſunt decreti:ſed eſt quedã ratio Juriſ.¶ Ultimo iſta lex
a facit[a] ad q.Judex ſtatuit parti terminũ†ad producẽdum teſtes,
5 an poteſt poſt terminum producere? ⁊ Jac.de are.dicit,aut par‑
ti aduerſe nihil deperijt,q̃ pars aduerſa habet probationes cõ‑
tra inſtrumenta,⁊ teſtes,elapſo termino,ſicut eo pendente,admit
titur:alias non,vt hic,⁊ refert Cy. in l.ſi ea.in fi.C.qui acc.nõ poſ.
ibi tangitur per gl.⁊ in l.iudices.C.de iud.⁊ per Dyn.in c.indul
tum,extra de reg.iu.lib.vj.Sed non habemus tex.in ſimili extra,
de except.c.paſtoralis.vbi non poteſt producere , niſi iuret ad ſe
de nouo perueniſſe.⁊ facit,c.cum dilectus.extra de fide inſtr.Pre
terea,diſtinctio Jac.nõ probatur hic, q̃ quicquid aduerſa pars
incipit facere,⁊ aliquo modo de bonis ſuis diſponere , nõ admit
titur iſte ad eligendum poſt terminum : ita in iudicio quocunq;
modo pars aduerſa incipit litem agere, nõ audietur iſte poſt ter
minum,niſi iuret iſte ad ſe de nouo perueniſſe, vt,ſ.dixi. Ultimo
b no.[b]ꝙ†iſte terminus datus a iudice,in dubio intelligitur perem
6 ptorius, licet non ſit dictum,vt hic: vel verius eo ipſo ꝙ iudex in
termino ponit comminationem , vt quia dicit , alias poſt termi‑
num te non audiemus , habet vim peremptorij, vt hic,⁊ l.ad pe‑
remptorium,cum l.ſeq.precipue in l.nonnunquam.ſ.de iud. Di‑
7 xi plene in l.ſi finita.§. Julianus.j. de dam.infec. † ¶ Quero, ad
cuius petitionem poteſt exerceri iſtud officium iudicis.Reſpon.
ad petitionem heredis,vt hic.Jtem ad petitionem alteri⁹ legata
rij , l.ſi tibi.j.e. Jtem ad petitionem emptoris hereditatis , vel al
terius,cuius intereſt,vt.j.eod.l.ſi optio.§.fi.

ADDITIONES.

a ALEX.¶ Ultimo iſta lex facit.Datus eſt terminus ad proban
dum,an eo elapſo amplius audiatur,⁊ ſic an teſtes,⁊ inſtrumen‑
ta poſſint produci. Ad quod no.in c.coram felicis.de reſti.in in‑
te.⁊ in cle.ſepe.de ver.ſig.⁊ ad iſtud bene facit an,⁊ quomodo poſ
ſit mora purgari,⁊ vide que ſcripſi in l.ſi inſulã.de ver. ob.⁊ quan
do dicatur factum ius deterius , eſt bonus text. in l.j.ſi ex noxa.
ca.ag.⁊ in l.ij.§.defendi.ex quib.ca.in poſ.ea.per Jnno.in c.cũ in
tua.qui ac.poſ.⁊ vide in ſequen. apoſ. cõtrarium videtur tenere
Bar.in l.fi.ſ.de fer.in fi.j.col.⁊ adde ꝙ Jo.fa.inſti.de execu.tu.§.
qui autem.dicit ꝙ ſiue ſit tempus ſtatutum a lege,ſiue ab homi‑
ne,ſi de nouo perueniant probationes ad notitiam volentis op‑
ponere,ꝙ etiam poſt tempus opponere poteſt,licet Spe.in ti.de
exc.§.videndum.tenuerit contrarium in tempore prefixo ab ho‑
mine,⁊ predicta vera preterquam in cauſa tutelari. Nã poſt ter‑
minum non admittitur excuſatio,etiam ſi de nouo perueniat ad
notitiam,vt no.in §.qui autem.⁊ ibi Jo.fab.⁊ iſtis adde Bar.in
l.admonendi.ſ.de iureiur.an autem teſtis admiſſio poſt terminũ,
ſaltem faciat indicium:vide bar.in l.ij.in fi.j.de ap. reci. ⁊ hic ad‑
de mod. Juſt.de ac.§.ſi minus. per Jm. poſt bal.in l.ſi inſulam.in
v.fall.regule affirmatiue.de verb.obl.vbi tenet contra Bart.hic,
⁊ ſ.ſcripſi poſt Jmo.in l.ſi inſulam.⁊ Ange.⁊ Jm. plene.in l.quã
diu la vlti.de acqui.he.⁊ vide caſum in quo etiam poſt terminum
poſſunt examinari teſtes etiam qui non iurauerunt in termino,
vt per Bal.in addi Spe. in ti.de ſen.⁊ adde ad materiam bart.in
l.j.C.de ſen.aduer.fiſc.lat.lib.x.⁊ Bal.in l.fi.ſ.de fer.in verb. ſecũ
do principaliter quero,vbi refert Cy.hic in addi.⁊ vide Rap.ibi
ſ.in d.l.fi.qui dicit fuiſſe dictũ originale Jac. de are.in l.crimine.j.
de adul.vide Rap.d.l.fi.ꝙ probatio ſine dilatione facta valet, vt
etiam ibi tenet Bart.Bal.⁊ Ang.⁊ ꝙ probatur per iuramẽtum
concludit hic Bar.⁊ Bald.in l.ij.ſupra ſi quis cau.⁊ ibi late per
Ang.⁊ per eum in l.fi.ſ.de ferijs. ⁊ per Spec. in ti.de dila.ad fi.⁊
eſt caus ſing.in l.fi.j.de bo.auth.iu.poſ.⁊ ibi habes poſt text.in l.
ſcire oportet.§.ſufficit.de exc.tut. Jnn.in c.de cauſis.de teſti.cum
ſi.⁊ vide ad hanc materiam Bar.⁊ poſt eum ibi Sal. Ro.⁊ Ra‑
pha.in d.l.admonendi.¶ Adde an ſi eſt datus terminus ad pro‑
bandum,eo elapſo probari poſſit. Salice.inter conſilia Bal.cõſ.
ccxxvij. ij.lib. ⁊ ibi quid de termino conuentionali , an eo elapſo
poſſit probari.⁊ vide omnino Cardin.conſilio xxiij.

POMA.¶ Uide Alex. in l.ſi inſulam.in hoc infert Ang. ⁊ Bal.
ff.de verbo.obli.Fel.in c.licet cauſam.de probation. Rom. conſ.
ccxxv.Card.conſ.xxiij.

b ALEX.¶ Ultimo no.Adde que not.Bar.in l.fi.ſ.de fer.⁊ in l.
ſi finita.§.Julianus.de damn.infect.adde quod dixit glo.in c.j.in
ver.abſentia de elect.in vj. ꝙ terminus prefixus habet vim pe‑
remptorij,⁊ dicit bal.in d.l.fi.de fer.ꝙ valet probationes admiſſe

poſt terminum, ſi non fuit oppoſitum, ⁊ dicit Inno. ꝙ poſt terminum legis, vel ſtatuti pars nō poteſt moram purgare. ſecus poſt terminum iudicis. vt ipſe not. in c. ſi. qui ma. accuſ. poſ. ⁊ Bart. in auth. ad hoc. de vſu. ⁊ idem Bal. in l. diffamari. C. de inge. manu. vide tex. in cle. j. de probat. dicit tamen Bal. in l. tres in ſi. quomodo ⁊ quando iudex. ꝙ ſi datus eſt terminus ad articulandū, cum proteſtatione ſaluo iure declarandi, quod poſt terminum poteſt declarari. ⁊ de hac materia vide per mod. in §. ſi minus. Inſtit. de actio. ⁊ dicit no. Bald. in l. peremptorias. in verſic. quero ſi iudex. C. ſen. reſcin. non poſ. ꝙ ſi iudex parte preſente, vel citata admiſit probationes poſt terminum, ꝙ valent tales probationes vt hic. adde Bal. in auth. ei. in fin. de tempo. appel. adde videndum Old. conſ. iij. vbi dicit ꝙ fuit ſimplex terminus non perēptorius.

LEX VIII.

a **SI tibi.** [a]Quero vtrum elapſo termino poſſit legatarius eligere? Certe non, quia ſtatim alij ſerui termino elapſo, ſunt effecti legatarij: ⁊ ſic res non eſt integra, ⁊ appellatione certorum omnes continentur, vt ī. eo. l. cum optio.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si tibi. Adde que not. Barto. in l. ſi inſulam. in iij. q. de ver. oblig.

1 ☞ Legatum optionis habetur vt purum, quando in hereditate non reperiuntur niſi tot quod debent eligi.

a **§. Si ex quatuor.** [a](Falſa demonſtratio lega-
1 tum non vitiat h. d. Not. † ꝙ quando in hereditate non reperiuntur niſi tot, quod debent eligi, legatum habetur vt purū. Simile ī. eo. l. ſi optio. Hoc inducit
2 Ia. de Are. ad q. quando † extrahuntur brixali de ſacculo, ⁊ in fine ſacculi reperitur vna tantum ſchedula ſcripta: item reperitur tantum vnus capax in concilio ad eligendū: q̄ alij capaces ſuas ſchedulas habuerunt. Certe ad eum ſpectabit electio pure, nec erit neceſſe, ꝙ ex ſacculo extrahatur: cum vnus tantum conſiliarius capax reperiatur, per hanc l. ⁊ l. ſi optio. ī. eod. tene menti.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Si ex quatuor. Bene facit lex. ij. de lib. ⁊ poſthu. ⁊ ꝙ no. Bar. in l. qui Rome. §. duo fratres. in vj. q. de verb. obli. gloſſ. in l. quamuis. C. de fideicom. Bal. in l. liberto. C. de ope. libe. ⁊ ꝙ vult Ange. in l. iij. ⁊ Imo. ibi. C. de leg.

1 ☞ Voluntas eligentis poteſt mutari, quando electio peccauit in forma.

2 Commiſſio ſi eſt facta duobus fideicommiſſarijs q̄ eligant pauperes debent ſimul eligere.

a **§. Unius.** [a]No. tex. ibi, q̄ non videor. Dicitur hic, ſi nō mutaſſem volūtatem, quero, ex qua cauſa poteſt mutare. Gloſ. aſſignat plures cauſas, quas vide, ⁊ gl. ſigna, ⁊ no. in l. ſerui electione. ſ̄. de leg. j. Item eſt alia, ſcilicet ſi electio fieret ſub conditione, l. actus legitimi. ī. de reg. iur. Et ex iſta gl. no.
1 quod † quando electio peccauit in forma, poteſt mutare volūtatem. Dixi ſ̄. eod. l. ij. §. j. Iac. de Aret. ⁊ Old. intelligunt, ꝙ hic poteſt mutare voluntatem: q̄ cum electio fuerit conceſſa duobus, debuerunt eligere ſimul ⁊ vna, ⁊ eligendo ſeparatim nō valet: ſed per electionem factam poſtea ab altero, confirmatur, l. per fundū.
2 ſ̄. de ſerui. ruſti. predi. ⁊ ar. ī. eod. l. ſeruo generaliter. Et per † hoc habes ſi eſt cōmiſſum duobus fideicōmiſſarijs, ꝙ eligant pauperes, debent ſimul eligere: alias primus poteſt mutare voluntatem, donec eliget. ⁊ pro hoc ī. eod l. ſeruo generaliter. Ultimo vide gl. in verb. non poſſum. ibi. l. ij. §. ſi. ⁊c. Solue vt ibi. ⁊ ī. de reg. iuris. l. in negotijs. Uel hic non tractatur de nouo conſenſu adhibendo, ſed de veteri conſeruando, ſecundum Old. Et de hoc dixi vobis. ſ̄. eo. l. ſcyphi.

§. Si rerum. (Ut fiat exhibitio, poteſt agi ex teſtamento ad exhibendum. hoc dicit)

ADDITIO.

a IO. THO. ¶ Unius. Et an vnus poterit confirmare electionem alterius? vide Bald. in l. fin. C. de autho. preſtan. ⁊ l. ſi fundum. prealleg. per Ang. ⁊ ad dicta Bar. hic, vide Areti. in c. poſt ceſſionem. de probatio. vbi quod vbi actus poteſt ſtare in ſuſpenſo ſi actus fiat a principio nullus, ex poſt facto poteſt reconualeſcere, ⁊ ita ponderat Bar. hic velle.

LEX IX.

Umita legatur.

§. Queſitum. Cui eſt legata optio, non poteſt eligere ſeruum pure, vel ſub cōditione manumiſſum, niſi conditio defecerit. h. d. Opp. de l. ſi domino. ſ̄. de legat. j. ⁊ ī. eo. l. ſi Eros. Sol. aliud eſt, ſeruum alterius eſſe legatum, vt in contrarijs: aliud libertatem ſeruo legatam vt hic. Ratio eſt, fauor libertatis. plenius dixi in l. ſi domino. ſ̄. de leg. j.

LEX X.

1 ☞ Legatum optionis quantum ad ius eſt purum, qua[…] ad rem eligendam eſt conditionale.

SI Pamphilo. Ius electionis relicti[…] uo, competit eius d[…] poſt manumiſſionem, ſi vult: ſi nollet, tunc ipſi ſeru[…] numiſſo, licet petere. h. d. Opp. extra gl. dicuntur hic, ꝙ ſer[…] numiſſo, elegit dominus: Contra, iſta electio adheret ſeruo, […] non tranſit ad dominum, vt ī. de verbo. obli. l. ſi ſtipulat[…]
a rim illud [a] in prin. Sol. illud verum ſeruo exiſtente ſeruo: ſ[…] manumiſſo, vt hic. Rationem ibi dixi. ¶ Item op. Inſti. de […] inſti. §. alienus. Sol. ibi in hereditate, in qua tēpus aditio[…] ſpicitur: hic vero in legato optionis, in quo inſpicitur t[…] quo dies legati cedit. ¶ Item opp. fortiter, aut tu dicis le[…] optionis eſſe purum ⁊ tunc indiſtincte queritur domino, […] nullo modo ſeruo, q̄ in perſona domini cedit dies legati, […] cis eſſe conditionale, ⁊ tunc indiſtincte queritur ſeruo, […] domino, l. que legata. ī. de reg. iu. ⁊ l. ſi poſt. §. ſi. ī. quādo d[…] ce. Dicit glo. in ver. due perſone. legatū optionis, vel in g[…] conditionale quo ad optionem: ſed purum quo ad ſeruu[…] qui ⁊ a quibus. l. iij. Iſta gl. errauit, q̄ voluit dicere cont[…]
1 tra, q̄ † legatum optionis quantum ad ius eligendi, e[…] ideo cedit a die mortis: ſed quantū ad rem ipſam, eſt co[…] l. iij. qui ⁊ a quibus. ⁊ ideo q̄ non eſt omnino purum, n[…] conditionale, eligitur media via, vt electio competat d[…] vult: alias competat ſeruo manumiſſo. ita dicit gl. ⁊ D[…]

ADDITIO.

a ALEX. ¶ L. ſi ſtipulatus fuerim illud, Uel vltra Barto[…] forte dici, ꝙ cum hoc relictum ſit hoc modo factum, videlicet […] linquo electionem ſerui, Pamphilo ſeruo titij. vnde videtur […] ctum factum titio domino, ⁊ eius contemplatione l. cum ali[…] de iu. deli. ⁊ l. aditio ⁊ ibi Bart. de acqui. her. vnde mirum […] dominum tranſit, licet vere iſta verba videantur hic fuiſſe le[…] non teſtatoris, ⁊ adiecta demonſtrationis cauſa.

LEX XI.

SI Eros. De legato facto ſeruo, alij legato a[…] legatarium optionis nihil pertinet, […] hoc dicit. ¶ Quero de ratione huius legis quare no[…] queritur fundus duobus? Reſpon. ex illa ratione, que eſt dict[…] in lege precedenti, colligitur ratio eſſe: quia legatum optionis […] purum ideo Meuio incontinenti eſt queſitum ius eligendi […] ex vigore illius iuris eligendi, non poteſt incipere habere do[…] nium: ſed quo ad ſeruum eſt conditionale: ⁊ non incipit ha[…] dominiū, niſi cum optauit, nec retro trahit, l. j. §. j. ſ̄. ad ſ[…] cum tempore, quo ceſſit dies legati facti ſeruo, non […] dominus vere, vel ficte, ideo ſibi queri non potuit. ¶ Op[…] cum ita. §. j. ſ̄. eod. Gloſſ. ſoluit pluribus modis: […] illa, ꝙ hoc eſt ſpeciale fauore libertatis. ¶ Item […] ꝙ generi per ſpeciem derogetur, l. vxorem. §. felici[…] iij. Sol. hoc legatum optionis non eſt legatum gen[…] tius: ſed eſt legatum vnius indiuidui generis, ⁊ ſic […] neri per ſpeciem. ⁊c. non habet locum. Dixi plene in l. […] ſ̄. de leg. j. ¶ Oppo. gl. de l. per ſeruum, de acqui. rer. do. Sol[…] plene dixi in l. proinde. §. j. ī. de ſtipula. ſeruo.

LEX XII.

a **SEruo generaliter.** (Heredes q[…] bus data eſt […] ptio concordare compelluntur. hoc dicit.)

LEX XIII.

1 ☞ Legatum optionis eſt purum, quādo familia redit in v[…]
2 Regula Catoniana habet locum, quando inter mortem ⁊ a[…] nem non eſt dare medium.
3 Regula Catoniana habet locū in legatis tacite cōditional[…]
4 Conditio tacita non impedit tranſmiſſionē, ⁊ diem legati c[…]

a **SI optio ſerui.** [a]Lex iſta eſt ſatis ſu[…] ⁊ diuiditur in duas p[…] Prima loquitur in inſtituto herede voluntario. Se[…] da in inſtituto herede neceſſario. Secunda ibi, ꝙ ſi neceſſa[…] ¶ Item prima ſubdiuiditur in duas. Primo, ponit dictum […] cundo reſpondet tacite obiectioni. Secunda ibi, nec aduerſ[…]
1 ¶ † No. ꝙ quādo familia recidit in vnū, legatū optionis d[…] purum: ⁊ ſimile, ſ̄. eo. l. ſi tibi. §. j. ⁊ facit ad id quod ibi dixi. […]
2 cundo no. † quādo non eſt dare mediū inter mortem, ⁊ aditio[…] tunc regula Catoniana habet locū, q̄ habet locū in legatis […] rum dies cedit ab adita hereditate, vt dixi i l. j. de re. Cat. […] de l. ſeruis. C. de leg. Sol. ibi teſtator legauit ſeruo proprio […] ni legato: hic autē legauit ſeruo alteri legato. Op. cōtra h[…] ſeruo. ī. eo. Sol. ibi remāſerunt plures in familia: vnde ille ſe[…] pure legatus nō videbat: hic vero vnus ſolus remāſit in fa[…]

Item op. ꝙ iuriſconſultus non reſpondeat ad regulam Cato- nam: qꝛ poſt mortẽ nõ poteſt cõfirmari impediente regula Ca iana, l. j. ĩ. de reg. Cat. ꝙ hic Iuriſ. negat. Sol. ibi loquitur in le is, quorũ dies cedit a die mortis teſtatoris: hic vero loquitur egatis, quorũ dies cedit a die adite hereditatis. §. i nouiſſimo. e ca. tol. quo caſu regula nõ habet locũ. ſecũdum Rog. ¶ Cõ- hoc opp. de materia legis noſtre qꝛ ſi iſtud legatũ cedit ab adi hereditate: ergo male dicit finis, ꝙ iſtud legatum per regulam onianam infirmatur. Sol. ibi loquitur quando inter mortem, ditionem nõ eſt mediũ, quo caſu regula habet locũ in legatis, rũ dies cedit ad adita hereditate: ideo qꝛ dies mortis, ⁊ adi- is hereditatis, idẽ eſt. ¶ Itẽ opp. † ꝙ regula Catoniana non eat locũ hic, qꝛ legatum optionis eſt cõditionale, l. iij. ĩ. qui ⁊ a . ⁊ l. ſi Pãphilo. ſ. eo. ⁊ l. homine legato. ĩ. eo. ſed ad legata cõ- onalia nõ pertinet regula Catoniana, l. j. de reg. Cato. ⁊ l. cete- . ſ. de leg. j. Sol. Hic † loquitur in cõditione tacita, que nõ im it transmiſſionem, ⁊ diem legati cedere. ſed contraria loquun- n cõditione expreſſa, vt notatur in l. j. ĩ. de regula Catoniana.

ADDITIO.

EX. ¶ Si optio ſerui. Non eſt alibi ſecundum Bal. in l. vnic. n fin. prin. de cad. tollend.

Pomponius. (Ad petitionẽ emptoris here- ditatis, certum tempus eſt lega o optionis ſtatuẽdum. h. d.) Vides ergo, ꝙ officium iudicis, uo loquitur l. manciporum. ſ. eod. tranſit ad emptorem.

LEX XIIII.

Item optio. (Quis non poteſt venire cõ- tra factum ſuum, licet de iure non tenuerit. hoc dicit.) Facit quod habuiſtis plene in l. iam. ĩ. de reb. dubijs.

LEX XV.

Seruo ſine libertate. (Legatum ꝙ ab initio eſt inutile ex poſt facto confirmatur. hoc dicit.) Opp. ſupra ſi optio. Sol. hic remanſerunt plures in hereditate: ibi vnius um. Et intelligatis plures, in lege noſtra, vltra tres, cum reli- fuit optio ſeruorum. in plurali numero: vſque ad tres tantum it in hereditate, poſſet dici ꝙ eſſent legati pure, arg. ſ. eod. l. j. ⁊ ibi. §. j.

LEX XVI.

Optione. Vides hic, ꝙ ante aditam heredita- tem non poteſt fieri optio, ⁊ plura alia requiruntur que habuiſtis ſ. e. l. ſi tibi. §. vnius. ⁊ l. ſerui tione, de lega. j. Querit gl.[a] quando cedit dies optionis? Di- gl. olim ab adita hereditate, vt hic: hodie vero a die mortis, vt ſtit. de leg. §. optionis. vel dic, ꝙ ibi loquebatur de iure anti- o ante tempora Digeſtorum.

ADDITIO.

AND. BAR. ¶ Querit gl. Et no. poſt mortem teſtatoris poteſt ri electio. l. ſi Pamphilo. ſ. eo.

LEX XVII.

Tam optio. Facit l. ceterorũ. ĩ. de verb. ſigni. ⁊ facit quod dixi ſ. eod. l. ſi tibi ele- ctio. in prin.

LEX XVIII.

Electio eſt legatarij in legato generis.
ifferentia inter pactum, ⁊ repudiationem, quia repudiatio fit ſenſu vnius, pactum duorum.
nditio poteſtatiua, ſi voluit, non impedit repudiationem.
ri de futuro renunciatur pacto, non repudiatione, ſi repudia- fiat extra iudicium, ſecus ſi in iudicio, vel preſente parte.
epudiatio facta preſente parte, extra iudiciũ habet vim pacti.
egato optionis generis, quatuor modis renunciatur.
egatum optionis quantum ad ius eſt purum.

Homine legato. (Legatario generis non preiudicat repu- diatio ſpeciei. h. d.) Opp. ꝙ repudiatio Pamphili vꝫ ita ꝙ Pamphilus eligi nõ poſſit, vt ſ. de pac. l. ſi vnꝰ. d ſi generaliter. Quidã dicunt, ꝙ hic erat electio heredis: vn- egatarius heredi preiudicare non poteſt. Alij dicũt, ꝙ ab ini- eſt electio heredis, ſeruo legatarij: ſed hec electio non erat trã- a in legatarium. Iſte opi. reprobantur, quia ſine dubio eſt ele- legatarij †, l. ij. ſ. e. ⁊ plene no. in l. legato generaliter. ſ. de leg. j. are dic ꝙ lex contraria loquitur in pacto ſed hec lex loquitur epudiatione, que repudiatio nihil operatur in Pãphilo, qui ſub conditione in legato, ſi eligeretur, l. ſi Pamphilo, ſ. eo. ⁊ l. ui ⁊ a quibus ideo repudiari non poteſt, l. ſi ita ſcriptum. §. j. leg. ij. Ideo † inter[a] pactum, ⁊ repudiationem eſt differentia: a repudiatio fit conſenſu vnius, ſed pactum cõſenſu duorum, no. hic. ⁊ l. j. ſ. de pac. ¶ Cõtra iſtam ſol. op. ꝙ imo repudiatio

valet. licet enim Pamphilus debeatur ſub cõditione, tamen eſt
3 † cõditio poteſtatiua, ſi voluerit legatarius: ſed iſta conditio repu diationem non impedit. l. fi. ſ. de condi. inſti. ⁊ l. verba. eod. tit. ⁊ no. in l. is qui heres. poſt prin. de acqui. here. Sol. ſuſtinendo pro mo- do dico ſic, ꝙ iſta conditio in mera voluntate non conſiſtit: qꝛ de- buerunt ſibi prius omnes ſerui exhiberi, vt ſupra eo. l. ſcyphi. Et ſic intelligo, ꝙ hic fuit facta repudiatio ante exhibitionẽ. ſi enim poſt exhibitionem repudiaret Pamphilũ, tunc videretur eligere Pamphilum, ⁊ ipſum repudiare. arg. predictorum iurium, ⁊ ar. l.
4 illud. de acqui. here. ſalua meliori deliberatione ſic intelligo. † Ulte
b rius procedo, [b]predicta que dixi, ꝙ repudiatio iuris futuri non poteſt fieri, niſi per pactũ, nõ per repudiationem, ſunt vera extra iudicium, ſecus in iudicio. l. j. ĩ. de cur. bo. dã. vel niſi repudietur preſente parte ita ꝙ habeat vim pacti, vt no. in d. l. j. ĩ. de cura. bo. dan. dicam in l. Antiſtius. ſ. de acqui. here. ¶ Oppo. contra hanc l. j. de adi. lega. l. qui hominem. Sol. ibi ademptio fuit facta per te- ſtatorem, per quam videtur Pamphilus adimi: hic vero fuit re-
5 pudiatio legatarij. ¶ † Op. ĩ. de accept. l. ⁊ per iuſiurãdum. §. ſi is qui hominem. Reſpondeo, ibi loquitur in acceptilatione que ha- bet vim ſolutionis: ideo totam obligationẽ perimit. Et ſic habes quatuor caſus. Primus, quando quis repudiat vnũ, tunc in nul- lo preiudicat, vt hic. Secundus, eſt acceptilatio, ⁊ iſta in totum preiudicat, d. l. ⁊ per iuſiurãdum. §. is qui hominem. Tertius, eſt pactum. Quartus, teſtatoris ademptio, ⁊ tunc illi preiudicat in eo homine, de quo eſt facta ademptio, vel pactum, vt hic no. ⁊ d. l. qui hominem. ĩ. de adi. leg. Predicta, que dixi, intelliguntur quan do repudiaretur Pamphilus tantum: ſed ſi repudiatur legatum
6 optionis ſimpliciter, ſine dubio valet. Ratio, † qꝛ ius eligendi eſt pure legatum, l. ſi Pãphilo. ſ. eo. ⁊ ideo poteſt iure repudiari: ſed Pamphilus eſt in conditione, ideo repudiari non poteſt. Hoc ſentit Dy. ⁊ etiam Gloſ. in l. ſi vnus. §. ſed ſi generaliter. ſ. de pact.

ADDITIONES.

a AND. BAR. ¶ Ideo inter. Et vide Bald. in l. j. C. de pact.
b AND. BAR. ¶ Ulterius procedo. ⁊ vide Bal. in l. j. C. de pact.

LEX XIX.

1 ☞ Facultas eligẽdi cõpetens alicui iure ſuo, trãſit ad heredes.
Ius eligendi ſeu arbitrandi etiam competens iure ſuo, non tran- ſit ad heredes.
a Electionem habere iure ſuo dicitur, quando eligit ad ſui commo dum: ſecus ſi ad alterius vtilitatem.

Illud aut illud. Facultas eligẽdi, que competit alicui iure ſuo, tranſmittitur ad heredes. hoc dicit. Opp. ꝙ lega- tum optionis ſecundum hec tempora, ad heredem nõ tranſeat, vt inſti. eo. §. optionis. Dicit gl. ꝙ hoc fuit additum a cõ poſitoribus noui iuris. Secundo modo ſolue vt in gl. Uel dic. ꝙ primo loquitur ſecundum iura antiqua ante iura Digeſtorum: ⁊ ſic idem erat ſecundum ius Digeſtorum, quod eſt hodie. Item vi
1 detur † ꝙ iſtud ius eligendi ad heredem nõ tranſeat: qꝛ a perſona non receditur, l. ſi quis arbitratu. de verb. obl. Dicunt doc. aut ius eligendi competit iure ſuo, ⁊ tunc tranſit, vt hic. Aut competit iu re alieno, ⁊ non tranſit, vt in contrarijs. Hec ſunt verba Petri re citata per Guil. in l. fi. de contrahen. emp. Certe hec diſtinctio nõ procedit in iure eligendi, ſeu arbitrandi, quod competit alicui in eo quod iuris eſt: qꝛ tunc non receditur a perſona: vel ſi receditur itur ad iudicem, etiã ſi iure ſuo, ⁊ pro ſe arbitratur, l. hec venditio. de contrahen. emp. ⁊ l. cum ſtipulatus ſim. ĩ. de verb. obl. ſed in fa- cultate eligendi que facti eſt, procedit diſtinctio, qꝛ ſi iure ſuo com petit, tranſit ad heredes, vt hic, cum ſi. alias ſecus, vt C. cõmunia de leg. l. fi. §. ſed ⁊ ſi quis. dixi ĩ. de verb. obli. l. ſi ſtipulatus fuerim.
2 ¶ † Sed quero, quid vult dicere, aut habet electionem iure ſuo, aut alieno? Reſpondeo, iure ſuo habet quis electionem quando quis eligit ad ſui cõmodum, vt hic. Ratio, qꝛ ſicuti obligatio iſta tranſit ad heredem, eadem ratione facultas eligendi, que eſt ei ac ceſſoria. Sed quando quis habet electionẽ ad vtilitatem alterius, non dicitur habere iure ſuo. Unde ſi teſtator reliquit cẽtum pau- peribus eligendis per ſuos heredes, illis heredibus nõ eligenti- bus, non trãſmittitur ad heredes ſuos, ſed pauperes ſimpliciter venient, l. ſi quis Titio. §. fi. ſ. de leg. ij. ⁊ l. cum quidam. eo. tit. ⁊ C. communia de lega. l. fi. §. ſed ⁊ ſi quis. probatur etiam in l. vnum ex familia §. rogo. ſ. de lega. ij. ita debetis intelligere.

LEX XX.

1 ☞ Uariatio non admittitur in electione, quando trahit ſecum executionem.
2 Uerbum volo, ratione adiuncti facit electionem.

a
1 **Apud aufidium.** [a] † Quando electio tra- hit ſecum executionem non admittitur variatio. hoc dic. iſta lex not. ibi quin etiã res. Iſta ratio eſt ſubtilis, ſed nõ eſt generalis. Quid enim ſi de re bus alienis eſſet legata optio? Certe nõ trahit ſecum executionẽ